UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De translatione sancte corone domini. Cap[itulu]m. xlv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

ageret. Deciuſq; magicis artibus eius cõſtãtiã
aſcriberet: iuſſit eum plumbatis diutiſſime ce-
di. Orauit autẽ ad dominũ vt acciperet ſpiritũ
eius: voxq; ei de celo facta eſt audientibus cũ-
ctis: ꝙ adhuc ei multa certamina deberentur.
Cum autẽ ceſar aſtantibus diceret: ꝙ ipm per
magias demones confortarẽt: iuſſit eum in ca-
taſta extẽdi: ⁊ iterum ſcorpionibus verberari.
Tũc romanus miles inter ceteros aſſiſtẽs ibi-
dem vidit ante laurentium iuuenem pulcherri-
mum: eius vulnera lintheo extergentẽ. Et cum
iuſſu decij ⁊ valeriani de cataſta ſolutus hippo
lito redditus eſſet cuſtodiẽdus: affuit roman⁹
ad pedes eius: et vrceum aque attulit: ſeq; ba-
ptizari inſtanter poſtulauit: quem beatus lau-
rentius credentem baptizauit: propter quod a
decio detẽtus ⁊ fuſtibus ceſus ac decollat⁹ eſt:
vt dictum eſt ſupra in eius paſſione quĩto idus
auguſti. ¶ Eadem nocte iuſſit ſibi decius ceſar
cum valeriano prefecto parari tribunal in ther
mis olympiadis ſibiq; laurentiũ p̄ſentari. Cũ
aũt hippolitus fleret: ⁊ ſe chriſtianum clamare
vellet: dixit ad eũ laurentius: vt in interiori ho
mine xp̄m abſconderet: paululũq; ſuſtineret: et
dũ ipm chriſtus vocaret: ad eũ veniret. Omnia
ergo tormentoꝝ genera deferunt. Dixit autem
decius laurentio: vt aut ſacrificaret: aut ipſam
noctem in eũ cũ ſupplicijs expẽderet. Cui lau-
rentius reſpondit: ꝙ nox eius nihil obſcurũ ha
bebat: ſed omnia ſibi in lucẽ clarebãt: tũc iuſſit
vt os eius cũ lapidib⁹ tũderetur. Et cũ in hoc
rideret: ⁊ chriſto gratias ageret: iuſſit ceſar vt
afferret lectus ferreus in quo requieſceret cõ-
tumax laurentius. Allatus aũt eſt lectus cũ co-
ſtis ferreis tribus in modũ craticule. Miniſtri
ergo laurentiũ exuũt: ſuper cratem ferream ex
tendũt: ⁊ allatas prunas ſubterponũt: atq; ipꝫ
deſuper furcis ferreis compreſſerũt: ⁊ cõtinue
carbones magis accenſos ſub crate miniſtra-
bãt. Cũq; martyr chriſti ad deciũ diceret ꝙ car
bones ipſi ſibi refrigeriũ preſtabant: ceſari aũt
eternũ ſuppliciũ miniſtrabãt. Valerianus pre-
fectus illuꝫ iterũ ad deoꝝ ſacrificia ſuadebat.
At martyr chriſti inter incẽdia conſtanter per-
ſeuerauit: ⁊ iam mori ꝓximus ad decium irri-
dens dixit: vt q̄ ipſum vna parte ſatis aſſaſſet:
aliam regirans coctam manducaret: ⁊ gratias
agens deo: quia ianuas celi ingredi meruiſſet:
emiſit ſpiritum. Confuſus decius cũ valeriano
ambulauit in palatium tyberij: relicto corpore
ſuper ignẽ: qd̃ hippolitus ſummo diluculo ra-
puit: ⁊ in predio cyriace vidue qd̃ eſt via tybur-
tina occultauit: atq; iuſtino p̄ſbytero nũciauit:
qui ambo hora veſpertina corpus tulerũt: ⁊ ibi
iuxta in agro verano in crypta ibi poſituꝫ ſepe-
lierunt quarto idus auguſti. Chriſtiani autem
ieiunantes triduo ſup corpus vigilias celebra-
rũt: mugitus dantes ⁊ lachrymas effundẽtes:
paſſus eſt circa annũ dñi. cclx.

¶ De ſanctis centũ ⁊ ſexagintaq̄nq;
martyribus. Cap. xliiij.

Centum ⁊ ſexagin-
taq̄nq; martyres milites rome
paſſi ſunt ſub aureliano impe-
ratore. Quos oẽs chriſtianos
repertos idẽ imp̄ator extra vr
bem via ſalaria duci precepit: ⁊
ibidem oẽs ſimul capite trũcari. Quoꝝ ibidem
corpa a xp̄ianis recondita ſunt. Qui paſſi ſunt
iiij. idus augu. vt ex martylogio adonis habet.

¶ De tranſlatione ſancte corone
domini. Cap. xlv.

Tranſlatio ſctẽ ſpi-
nee corone domini facta eſt tem
pore karoli magni imperatoris
vt helinãdus teſtat. Cũ em̄ pa-
triarcha hieroſolymitanus a pa
ganis de ſede ſua fuiſſet expul-
ſus ciuitaſq; vaſtata: veniens ad cõſtantinopo-
lim ad imperatorẽ conqueſtus eſt ſibi de perſe-
cutione per gentiles in chriſtianos illata. Qui
ſuper hoc miſſis litteris karolum magnum in
ſubſidiũ requiſiuit. Ipſe ꝟo congregato exerci
tu mare tranſiuit: ⁊ ciuitatẽ ſanctaꝫ a paganis
redemit: eiſq; expugnatis patriarcham in ſede
ſua repoſuit. ¶ Cũq; poſt victoriã conſtantino
polim rediſſet: imperator cõſtantinopolitan⁹
obtulit ſibi quicq̃d petiſſet. Qui reliq̄as paſ-
ſionis dñice pro premio petijt et accepit. Nam
poſt triduanũ ieiuniũ omni pp̄lo indictũ: cun-
ctis ad eccleſiaꝫ cõuenientib⁹: aperta eſt theca
in q̄ corona xp̄i ſpinea ſeruabat. Statimq; mi-
ra odorib⁹ reſperſa fragrãtia per totam ciuita-
tẽ trecẽti egroti a diuerſis lãguorib⁹ ſunt ſana
ti. Educta aũt corona lignũ eius reuireſcere ce
pit ⁊ flores ꝓducere. Cũq; daniel ep̄s neapoli
tanus coronã ſecaret: vt pars eius karolo cõce
deretur: magis adhuc floreſcere perſeuerabat.
Et dũ karolus de florib⁹ collectis chirothecam
vnã ex ſuis impleſſet: ⁊ eam tenendã hebronio
archiep̄o tribuiſſet: vt aliam ſimiliter impleret:
atq; vterq; ipſoꝝ ex deuotiõe nimia lachrymis
profuſus eſſet: putauit karolus chirothecã in
manu archiep̄i poſuiſſe: ipſeq; putauit eã acce
piſſe: ſed ex inũdantib⁹ lachrymis acie oculoꝝ
obtuſa: neq; karolus chirothecã in manu archi
epiſcopi poſuit: nec ipſe eã accepit. Sicq; chi-
rotheca plena floribus in aere pependit: donec
aliam rex floribus impleuit: ⁊ cõuerſus primũ
pendere conſpexit. Ex quib⁹ poſtmoduꝫ effuſi
flores predicti in mãna conuerſi ſunt quodvſq;
hodie in monaſterio ſancti Dionyſij ſeruatur.
¶ Quidam ꝟo exiſtẽs cecus ſurdus et mutus:
qui ipas infirmitates per annos. xxxij. paſſus
fuerat: in eductione corone viſum recepit: in
ipſius ſectione auditum: in florũ emiſſione lo-

quelam. Obtinuitq̃ rex partem corone ⁊ clauū dominicum: cuius tactus virtute puer habens manum aridam cum dextero latere ſanatus eſt. Obtinuit etiã fruſtum magnum dominice crucis: ſudarium domini: camiſiam virginis: ⁊ faſciam pueri ieſu: ac brachium ſymeonis ꝓphete. Rediẽſq̃ domum dum eſſet in caſtro ligmedo: ipſarum reliquiarum virtute ⁊ cõtactu mortuus vnus reſurrexit. Deinde veniẽs aquiſgrani ſanati ſunt egri: quaſi innumeri a diuerſis lãguoribus. Sicq̃ partem dominice corone cum aliꝗs ſacris reliquiꝗs p̃miſſis pariſius detulit: ⁊ ibidẽ honorifice collocauit. iiij. idus auguſti.

¶ De ſancto tyburtio martyre. Cap. xlvi.

Tyburtius martyr rome paſſus eſt ſub diocletiano ⁊ maximiano imperatoribus: agente p̃fecto vrbis fabiano. Cui⁹ pater chromatius prefectus cũ morbo grauiſſimo laboraret: ⁊ audiſſet quoniam trãquillinus eius attinens pater ſanctorum marci ⁊ marcelliani graui infirmitate detẽtus a ſancto ſebaſtiano conuerſus ⁊ baptizatus ſanitatẽ percepiſſet: vt ſupra dictū eſt in paſſione ſancti ſebaſtiani. xiiij. kalen. februarij. Rogauit trãquillinū: vt ad ſe adduceret illū q̃ ſibi dederat ſanitatẽ. Cũq̃ ad eũ veniſſent ſebaſtianus ⁊ preſbyter policarpus: ⁊ ipſe pro ſui ſalute exoraret: dixit ei ſebaſtianus: vt prius oĩa idola abnegaret: ⁊ confringendi ea ſibi poteſtatem concederet: ⁊ ſic ſanitatem acciperet. Qđ cum ille licet multū renitens tãdem annuiſſet: policarpus ⁊ ſebaſtianus accincti pluſq̃ ducẽta idola confregerunt. Et cum ſic: nec chromatius liberatus eſſet dixerunt: quia ex quo ſalutem non perceperat certum erat: ꝙ aliqua idola reſeruauerat. Tũc idicauit habere thalamū in quo erat omnis diſciplina ſtellarum pro quo pater ſuus ducẽta auri pondera expanderat et per hoc futura omnia preuidebat. Et cum ſuadentibus ſanctis: vt ipm opus deſtrui cõſentiret: ⁊ filius eius tyburtius iuuenis opus: tam preclarum diſſolui cõtradiceret: tãdem adhoc deuenit: vt duo clibani accenderent̃: vt ſi deſtructo opere pater ſuus ſanitatẽ nõ ꝑciperet: ambo ſancti viui cõcremarentur. Opere ergo deſtructo angelus prefecto apparuit: ⁊ ipm de lecto ſanū eleuauit: ſicq̃ chromatius cũ filio ſuo tyburtio ⁊ oĩ familia ſua numero. M. cccc. promiſcui ſexus fidem perceperũt: oẽſq̃ baptizati ſunt. ¶ Poſt hec dum feruente perſecutione diocletiani ⁊ maximiani chromati⁹ a prefectura depoſitus: cũ multis xp̃ianis in cãpaniã exilio actus eſſet. Filius eius tyburti⁹ amore martyrij fragrans in vrbe reſedit cũ ſctõ papa caio continue ieiuniꝗs et orationibus vacans. Qui die quodam tranſiens occurrit hoĩ qui de alto lapſus adeo caput et oĩa mẽbra quaſſauerat: vt iam de ſola ſepultura eius ageret̃. Et conuocatis ſeorſum parentibus indicauit eis virtutem noĩs xp̃i. Atq̃ dum ſuper corpus hoĩs lente dixiſſet orationẽ dñicam ⁊ ſymbolū apoſtolorū: ſanum ⁊ conſolidatū parentib⁹ reſtituit. Quos cõuerſos vna cũ iuuene ad papã caiū adduxit: qui eos oẽs baptizauit. ¶ Interea ſeuiente ꝑſecutione torquatus quidẽ xp̃ianus qui apoſtatauerat ſancto caio pape ſe callide ſociauit: ⁊ ſimulata xp̃ianitate arte egit vt ipſe vna cũ ſctõ tyburtio orãtes ab infidelib⁹ cõprehẽderent̃: qui ⁊ fabiano prefecto preſentati ſunt. Et cũ ꝯfeſtim torquat⁹ xp̃m negaſſet: ⁊ hoc idẽ tyburtio ſuaderet: ipſeq̃ magis xp̃m ꝯfiteret̃. Juſſit fabianus carbones accendi: ⁊ vt tyburti⁹: aut thura ſuper eos diꝗs imponeret: aut nudis pedibus deſup ambularet. Qui inuocato xp̃i nomine nuda planta ſup carbones incedens illeſus ꝑmanſit: quẽ fabian⁹ via lauicana extra vrbem eductũ decollari precepit vbi ⁊ ſepultus eſt. iij. idus auguſti.

¶ De ſancto chromatio ⁊ ſociꝗs mar. Cap. xlv.

Chromati⁹ martyr cũ ſociꝗs ſuis martyrium paſſi ſunt apud cãpaniã tp̃ibus diocletiani ⁊ maximiani imparoꝝ: qui chromati⁹ prius fuit vrbis prefect⁹: ⁊ pater ſancti tyburtij ſupradicti: qui graui languore diudū preſſus a ſctĩs ſebaſtiano martyre ⁊ policarpo p̃ſbytero ſanat⁹: ⁊ ad xp̃m cõuerſus atq̃ baptizatus eſt: vt ſupra ꝓxime actū eſt ĩ paſſione tyburtij. Cũ aũt xp̃ianorū ꝑſecutio ſub prefatis imparorib⁹ ebulliret. Chromati⁹ de conſilio pape caij cum multitudine xp̃ianoꝝ: ⁊ cũ oĩ familia. M. cccc. numero ꝓmiſcui ſexus: vt ꝑſecutionẽ declinarent in cãpaniã preterierunt: ibiq̃ degentes a diocletiano ꝓſcripti ſunt in exiliũ ⁊ multa inopia afflicti in confeſſione xp̃i poſt lõgũ tp̃s in pace quieuerunt martyrio coronati. Quorum dies dormitionis ignoti ſunt: vnde ⁊ ſancti tyburtij paſſioni ſubdunt̃: quorũ principalioꝝ chromatius pater ipſius tyburtij fuit.

¶ De ſancto chromatio ep̃o Cap. xlviij.

Chromati⁹ ep̃s aquileieñ. fuit: ⁊ claruit tẽpore theodoſij ĩpatoris: damaſi pape ſub cuius metropoli floruit heliodorus ep̃s altineñ. de q̃ ſupra actum eſt in ei⁹ geſtis. v. idus iulij. Ipſe eñi heliodorus hunc ſanctum chromatium viſitauit: ⁊